



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*Erfurtensium
in hac lite
studia.*

ret, mandat. Subitò ligni penuriâ Urbs frigit, ut proprias etiam ædes ad culinæ, fornacisque necessitates dirueret. Hanc ad expeditionem † Erfurtenses citabantur illi ad subsidia contrâ foederatam Urbem difficiles emanent. Graviter tulit Archiepiscopus, quod contrâ subjectionis iuramentum sequelam negarent. Igitur Matthias lecto aliis suis in territoriis militem utramq; urbem (a) compescuit.

VI.

*Baldwinus
Trevirensis
administrator
Moguntia.*

*Erfurtenses
Moguntia
urbes in utilitates suas
vertunt.*

Secutum denuò si non Schisma, saltem non minus malum Moguntia, in hanc usque Thuringiam sua incommoda effundens. Extincto Matthia Clerus Trevirensisem Archiepiscopum Baldwinum † vocat, (b) hic divitis Ecclesie Præsul, cum exhausta bellis Moguntina mutare nolens, Papam etiam metuit, qui Henricum de Virnberg Capitulo obtrudere nitebatur. Agrè tandem persuasus Baldwinus, ut ex consensu Pontificis administrationem vacantis Sedis adusque sententiam suscipere. Erfurtenses † ad veterem genium reversi, hanc turbidarum Moguntia rerum occasionem captant. (c) Cumque nec Balduino extero, nec Henrico canonicè haud electo obtemperare vellent, absque Domino se esse crediderunt: Henrico tamen magis tanquam imbecilliori adhæsit Erfordia, ut pondere suo factiones in æqui-

(a) Serarius in ejus vita.

(b) Serarius in Balduino administratore.

(c) M.S. Chron. Erfurt.

æquilibrio servaret. Arma * Urbi, sed frustra, Balduinus admovet. Secuta postmodum sententia Pontificis pro Henrico, sed quæ adversus Clerum, & populum invitum aliquot annis executione caruit, quod deinceps gesta, & pacta evincunt. Comes etiam Hohnsteinensis † Moguntia Vasallus Balduino se opposuit, * quem compescere volens administrator, Erfurtensibus sequelam, & arma indicit, ut in commodius tempus resistentiam differrent: ab initio sequebantur segnibus armis (a) mox domum reversi ulteriorem oppem detrectabant. Balduinus † renitentiam offensus hostilia molitur. Cives irâ impotentes, in Clero, damna à Balduino illata, ulciscuntur. (b) Decanum † collegiatæ Ecclesiæ B. M. Virginis Hermannum de Bibrâ captivant. Administrator ferocius esse videns Erfurtenses, quam ut ratione duci possent, exercitum in Thuringiam mittit, (c) qui dispersus hinc inde Civitati Comeatum intercluderet. Interim ad astum recurrens † nonnullos ex Senatoribus suas in partes clam trahit. Promittunt hi patulas portas, sed cum alii fraudem adverterent, in vanum stratagemâ cessit. Necdum civium sanguinem voluit Balduinus. Igitur Frederico † seve-

* MCCCXX.

Balduinus
comiti de
Hohnstein
belli infert.
*MCCCXX
XV.

Sicut & Erfurtensibus.

Qui Decanum
Marianum
captivant.

Stratagemâ
recapere ur-
bē Baldui-
nus nititur.
Langraviū
arbitrum
ro nominat.

(a) MS. Chron. Petrense.

(b) MS. Chron. Petrense.

(c) Chronica Thuringiæ hoc anno.

ro dijudicandam litem submisit, (a) quæ præviâ cognitione, quantum Balduinus petere, vicissim Erfurtenses præstare debeant, arbitraretur. Fredericus Mülhusium Erfordiam citat. Hæc cladis, in quam sub pari colore quondam inciderat, memor, Defensores suos armatos mittit, † cumque nihil moderatè agant Erfurtenses, ubi vires suppetunt, ipsum Landgravium cum suis adoriuntur & fugant. Ignominia sibi duxit hæc Fredericus, igitur cum Trevirensi arma junxit. † Civitas tantis viribus impar de auxiliatrice potentia circumspicit. Mülhusia, & Northusia sollicitatæ ad foedus, sed hæc necdum ex bello civili sui potens, illa metu Landgravii abnuit. † Certius erat auxilium à Vinariensi Comite, perpetuo Landgraviorum æmulo: descenderunt etiam in foedus Comites de Keffernburg, & in Beichlingen. Dispersæ † adhuc Principum copiae vias obsederant, erumpunt ergo cives cum quadringentis conductitiis, ac Sociati foederatis Budstadium, & Thomasbrück florentem tunc Urbem devastant. Granichfeldt etiam cum arce capiunt. * Principes convocatis omnibus copiis Erfordiensibus se objiciunt. † Vix signum utrimque pugnae datum, & Comitum auxilia cœdebantur. Cives cum militibus suis, ordinibus servatis, ut honestè fugerent, continuo ab hoste pressi recedunt.

(a) MS. Erfurtense.

Prosecuti victoriam Principes Urbem ob-
 fident, † pagi viciniore incensi, arbo-
 res fructiferæ contrà frigus succisæ. Ci-
 ves hisce damnis irritati frequentes erum-
 punt; in Brûleto magnis animis certatum
 est, verum desideratis utrimque multis
 fugati Cives, & incensa suburbia, sicque
 ad pacis leges † accipiendas Erfordia co-
 acta. Ipsius Landgraviæ intercessione
 lis composita, ut Civitas agnitâ Balduini
 administratione impensas belli Electori,
 Decanum libertati suæ restitueret: Mo-
 guntinus Civitati renovaret privilegia,
 hæc vicissim mille argenti marcas solveret.
 Comites qui à parte Urbis steterant, datâ
 Balduino mulctâ facinus expiarunt. *
 Tandem Balduinus administrationem de-
 posuit, & Clerus se Pontifici submittens
 Henricum ad Sedem admisit. Is postea
 Fratrem suum Comitem de Virnburg, &
 Consiliarios Erfurtum ablegavit, (a) qui
 cum Præposito S. Severi, † Clerum & Se-
 natum conciliarunt.

*Urbis obside-
tur.*

*Ad leges pa-
cis adigitur
& qua illor.*

*MCCCXX
XVII.

*Clerus &
urbs conci-
liantur.*

VII.

*MCCCXX
XVIII.

Melius deinde Fredericum inter, & Er-
 fordienfes convenit, quippe * pacto cum
 eo fœdere (b) de pace publica Provinciæ
 communi ope tuendâ, eidem sæpius ar-
 mis adfiterunt, cujus rogatu (c) Nebram
 G acri

(a) MS. Chron. Petrensia.

(b) Instrumentum super hoc fœdere conceptum vid. in refutatione in-
 formationis Saxonice exhibitâ Monasterii Westphalorum in tra-
 ctatibus pacis lit. F.

(c) MS. Erfurt.